



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**ECCLESIASTICAE || DISCIPLINÆ || LIBRI SEX: || DE
CANONICA ET MO- || nastica Disciplina collapsa
restau- || randa, pristinoque nitori || restituenda. ||**

Schulting, Cornelius

Coloniae Agrippinae, 1599

VD16 ZV 14233

Admodvm Reverendis In Christo Patribvs Ac Nobilibvs Dominis D. Reinero
Treuerensis S. maximini, Henrico Dudenwerdenensis, Ioanni Henrico À
Sinsisch S. Cornelij, VVilhelmo ab Hoichkirchen Siebergensis ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63372)

ADMODVM RE-
VERENDIS IN CHR I-
STO PATRIBVS AC NOBI-

LIBVS DOMINIS D. REINERO TRE-
uerensis S. Maximini , Henrico Dudenwerde-
nensis, Ioanni Henrico à Sinsfich S. Cornelij, VVil-
helmo ab Hoichkirchen Siebergensis Monaste-
riorum Abbatibus & respectiue sacri Romani

Imperij Prælatis dignissimis patro-
nis & Meccœnatibus suis iugi
obseruantia colen-
dis.



*Exploramus merito lamentabiliter anti-
quissimas florentissimasq; Abbatias, Mo-
nasteria & Collegia, à Cesaribus, Re-
gibus & Principibus olim magnificentis-
sime erecta, fundata, & dotata summorum Pontifi-
cum Priuilegijs corroborata & cõfirmata solo aqua-
ri, redditus aliorum conuerti, cultum diuinum inter-
mitti, atque ita priuilegijs suis spoliari, omnibus for-
tunis & bonis exui. Cuius tanti malam causam &
originem si repetamus altius, illam verissimã & præ-
cipuam reperiemus, quod Disciplina Ecclesiastica à
sanctis religiosissimisq; patribus tam piè instituta, itã
seuerè obseruata, tam rigide culta, tanta acrimonia,
tam arctis legibus astricta conderit, penè negligat-
ur, magnaq; ex parte iac. at & dormiat, eiusque lo-*

XX 5

CO NO-

P R A E F A T I O.

co noxia licentia, & libertas nimia viuendi vigeat, qua de caussa offensus praepotens Deus Disciplina feruentissimus zelotes tot cladibus, calamitatibus infirmitatibus & persecutionibus, imò deuastationibus & exustionibus tam diu religiosos seculares & regulares eorumq; bona flagellari, exscindi affligique patitur, donec ad sanio rem mentem emendati reuertantur & pristinum collapsa Disciplina vigorem resuscitent, in splendorem antiquum reuocent atque restituant, ne ita caussa sublata calamitatum ipse effectus quoque è medio tollatur. Quae dum serio mouente me spiritu sancto & experiunte Coloniensis nostrae Dioceseos calamitatem ad animum reuocarem, ad commentandum & ad hos sex libros de Disciplina Ecclesiastica collapsa restituenda componendos & scribendos animum appuli atque induxi, ut praecipuos gregis Domini arietes Archiepiscopos Abbates & Praelatos quasi classico quodam ad exercendam Disciplinam excitarem, exemplo Sanctissimi Domini Nostri Clementis 8. commotus, cuius Sanctas initio sui Pontificatus en. yclis & Catholicis literis omnes Episcopos totius orbis terrarum ad seriam sacrae Disciplinae executionem grauitèr publico Diplomate est cohortata. ad cuius Diplomatici Pontificij latiore expositionem & amplificationem hos libros Commentariorum vice esse & haberi desidero. De monastica autem Disciplina restituenda, deque eius regulis & Statutis non solum in genere verumetiam in specie, quantum ad singulos ordines & professiones ac instituta

tuta
gi &
scrib
ca m
mili
dati
Pon
fect
dec
con
sing
sio h
prie
tati
pisc
Car
fice,
Con
sed
zon
tho
Arr
rum
mag
ad
qua
uer
&
Ma

P R A E F A T I O.

luta toto penè libro 1. per capita 18. diligentissimè e-
 gi & pertractavi. Hos libros simul vestris reuer. in-
 scribendos ideo duxi, quod inter professionis Monasti-
 ca instituta vestra Abbatia in diuersis Diocæsibus fa-
 miliam ducant, siue professorum nobilitates, siue fun-
 dationū antiquitates, siue priuilegia & dotationes
 Pontificum, regum, & Principum consideremus. Pro-
 fectò quidem Sancti Maximini egregia miraculis
 declarata & illustrata sanctitas, nominis celebritas,
 contra Arrianam heresin zelus feruens & ardor
 singularis, in excipiendo & protegendo S. Athana-
 sio humanitas & pius affectus merito talia tantaquè
 priuilegia tam amplas & magnificas verè regias do-
 tationes promerebantur. Tanto odio Orientales E-
 piscop. S. Maximinum acerrimum propugnatorem
 Catholicæ fidei prosequerentur, vt cum Iulio Ponti-
 fice, S. Athanasio, Hosio, Paulino, Paulo Episcopo
 Constantinopolitano secum communicantibus de sua
 sede improbe deturbarint. Socrates libr. 2. c. 20. So-
 zomenus li. 3. cap. 11. Huius scripta sanissima & Or-
 thodoxa pronunciat S. Athanasius oratione 1. contra
 Arrianos. Gregorius Turonensis in gloriam confesso-
 rum c. 93. S. Maximinum in suburbio Treuerorum
 magnum vocat aduocatū cum domino suis populis,
 ad cuius tumultum gloriosa sæpè miracula cernuntur,
 qualia aliquot ibidem mox subiicit. S. Paulinus Tre-
 uerensis archymista Maximinū ex Aquitania reduxit
 & apud Treuerim condidit. Tanti fecit S. Maximinū
 Magnentius quamuis tyrannus, vt eundem tanquam
 Maxi-

Martinus
 Polonus in
 Chronicis
 vita Iulij
 Papæ primi
 i latina in
 vita Iulij
 primi. Hie-
 ronymus in
 Eusebianis
 Gregorius
 Turonensis
 in gloriam
 plurimorum
 martyrum.
 ca. 93. Nice-
 phorus li. 9.
 ca. 12. S. Lu-
 pus Trocasi-
 nas Episcop.
 ad Valdo-
 nem & Si-
 genhardus
 ad Ebbonem
 in vita S.
 Maximini.
 Cesar Bar.
 tom 3. Anna-
 lium ex ora-
 tione 1. A-
 thanasij con-
 tra Arria-
 nos ex Atha-
 sio in Apolo-
 gia ad Con-
 stantinum.

P R A E F A T I O,

Cesar Baro-
nius tomo 3.
Annalium
Ecclesiasti-
corum.

Maximi nominis Episcopus cum aequè Sancto & ce-
lebrè S. Seruatio Tungrensi Archymista ad Constan-
tinum Imperatorem Anno Christi 350. Iulij Papa 14.
Constantij Imperatoris 14. legatum solemniter abe-
garet. Praeclarissimè igitur S. agrinus iussa Constani-
tini Magni & reginae Mariae S. Helenae ex regali tem-
plo Ecclesiam in campo Martio Ioanni apostolo &
Euangelista dedicauit & Monachos ibidem sub ab-
bate constituit praedijs Principalibus additis dotauit.
Ioannes Euen Doctor Theologiae in medulla gestorum
Treuerensium sed & magnificentissimorum istorum
principum palatium in orationis locum transmula-
tum & magnificentissimè dotatum est, qui locus
nunc Abbatia S. Maximini vocatur. Haec Abbatia po-
tentissimorum & serenissimorum Imperatorum re-
gum, Constantini Dagoberti, Pipini & aliorum do-
tationibus stabilita & Præuilegijs Pontificijs exorna-
ta clara tanquam sol inter sydera ita lucet, ut mon-
tem Casinensem, si non adaequare, saltem honore æ-
mulari videatur Dagobertus rex Abbatia S. Maxi-
mini ad pradia quondam à Constantino Magno Im-
peratore data latissimos fundos addidit, ut gesta Tre-
uerorum testantur. Pipinus rex Francorum anno
Christi 753. VVeonado 60. praesuli & archymista
Treuerensi ex Abbate S. Maximini insignia quadam
Præuilegia concessit. Theodoricus Episcopus Præuile-
giorum S. Maximini à Romanis Pontificibus confir-
mationem obtinuit. Gesta Treuerensium lib. 2. c. 17.
18. 19. Hilinus Episcopus à Frederico Imperatore ab-
batiam

P R A E F A T I O.

batiam S. Maximini diplomate & aureo sigillo confirmatam sibi & successoribus impetrauit. Maximilianus Caesar anno Domini 1512 Abbatia S. Maximini Treuerensis vetera priuilegia confirmantes tabulas prauit. Hoc Diploma Anno 1564. die 4. Iunij Spiræ in Imperiali Camera iudicio editū constat ex parte Archiepiscopi Treuerensis in causa fiscalis contra S. Maximinum exemptionis. Tanta huius Abbatie praeminentia & prerogatiua est. ut ex eius Abbatibus plerique etiam Archiepiscopi fuerint electi atque desumpti utpotè S. Fibiuius anno Christi 498. Basinius Hydulphus, Vveomadus & alij. Basinius Episcopus Treuerensis. Austrasia illustri genere ortus primo Monachus in D. Maximini idem Abbas, postremò ex Abbate factus iam senex Archiepiscopus in gestis Treuerorum li. 2. ca. 13. anno Christi 715. Hydulphus clarior Neruorū seu Carinibria Ducum genere ortus primò monachus S. Maximini, atque inde vi abstractus ad Episcopatum cum Milone administrandum Maximini ad eam barbarorum vastatione ruinofam anno Christi 760. reparauit, sanctorum aliquot ancistitum Martyrumque corporibus splendidiore sepultura repositis, postremò successorem sibi creauit, Vveomadum S. Maximini Abbatem & deinde rursus monachatu assumpsit, tres cellas in saltu Vogesano Tullensis parochia construxit, atque in earum media sub Abbatis imperio vitam clausit extremam. Neque dubitandum omnino quicquam Archiepiscopos ex Abbatibus S. Maximini factos amplius prouentibus eandem Abbatiam

tians

P R A E F A T I O.

tiam locupletasse atque dotasse. Vnde inter Archiepiscopos, Caesares, Reges atque ipsosmet Abbates de patrocínio seu patronatus iure in hac Abbatiam frequens contentio incidit. Augusti enim diu sibi hoc ius vindicarunt Constantinus, Pipinus, Conradus, Dagobertus. Archiepiscopi verò hoc ius ex manibus Caesarum, & regum receptum sibi ipsis attribuerunt. Sic Aldebero Treuerensis Archiepiscopus Abbatiam S. Maximini ex antiquis Priuilegijs Ecclesiae de iure antiquo ad suam pertinere dispositionem iudicans, operam dedit ut à potestate regis eriperet suam, Ecclesiam restitueret. Vnde à Conrado Rege Abbatiam S. Maximini recepit, rege patronatum eius Ecclesia dum à Augusti possessum restituente. Sic & Hillinus Episcopus à Frederico Imperatore eandem ut supra dictum obtinuit. Nonnunquam verò ipsi Abbates exemerunt se iure Priuilegiórum ex omni potestate & patrocínio Episcoporum seq, in libertatem asseruerunt & vindicarunt, sic quamuis Ruodbertus Archiepiscopus pro acquirenda Abbatia S. Maximini plurimum, an Christi 950. teste Reginone in Chronicis laborauit, tamen nequaquam preualuit. Tempore Aldeberonis (qui à Conrado rege patronatus ius in Abbatiam obtinuerat) bellum acre inter Archiepiscopum Aldeberoniam & Abbatem S. Maximini exortum, dum per Illustrum Comitem Henricum Namurcensem aduocatum suum, qui ditionem Lutzenburgensem imperio tenebat contra Aldeberonem Archiepiscopum se in libertatem vindicare conatus est. Venio nunc ad te admodum Reuerende ac nobilis Domine V Vilhel-

P R A E F A T I O.

me ab Hoichkircken patrone multis modis semper
 mihi obseruande. Vestra enim in me beneficia saepe-
 numero collata non sunt obscura, sed ipso sole clario-
 ra, vt si ea non agnoscam ingratus, si non pradicem,
 inuidus meritū haberidebeam. Nā in me ornando &
 cohonestando studijsq; meis liberaliter iuuandis ante-
 cessorem virū piū & doctum quondā Reuer. ac No-
 bilem Godefridum Tylium non modo equare, sed et-
 iam superare contendit, quo nomine nunquam satis
 gratum me prestare & exhibere possū. Laudoze-
 lum & studium reuer. nobilitati vest. quod Michae-
 lum istum Sanctum angelicum montem multis bene
 educatis atq; institutis nobilibus dominis ad ange-
 licas Deo laudes persoluendas ex mente & voluntate
 S. Annonis secundi eius nominis Archiep. Colon. fun-
 datoris exornaris, quod nouam si holam Sibergensem
 pro seminario montis & Ecclesie non exiguis sum-
 ptibus erexerit quod molam papyrarem in vsum Ec-
 clesie pro imprimendis vtilibus libris non paruis ex-
 pensis institueris, liberalissimas & largissimas paupe-
 ribus eleemosynas ter septimanis singulis, sed non ni-
 si prius audita Catholica concione expendendas plu-
 rimum adauxeris, Catholicam religionem officia sa-
 cra & Disciplinam in locis t. r. subiectis restituas,
 quod Christianam hospitalitatem erga pios & do-
 ctos exerceas, sobrie & temperanter vno prandiolo
 contentus more Sanctorum veterum viuas locum
 munitissimum arcem pene inexpugnabilem ex pra-
 donum seu latronum ante receptaculo, in monasteriū
 à S. Annone 2. conuersam armato milite ingentibus
 sum-

P R A E F A T I O.

sumtibus contra omnes omnium occultas insidias be-
 roicè strenueque tueeris. S. Annonis fundatoru vo-
 luntati extrema, vita, statuti, historia, quantum tem-
 porum hæc deploranda extrema malicia patitur, se-
 rio respondere tuosque nobiles Dominos conformare
 studeas & enitaris, viros doctos & literatos non mi-
 nus quam studia ipsa, sacrasque literas ames & com-
 plectaris vt merito. R. T. eandem laudem, quam Ru-
 pertus Abbas Tuitiensis in Praefatione ante libros san-
 cto diuinis officijs Cunoni Abbati Sibergensi anti-
 cessori tuo adauctæ gratia domini. Pontifici Ratis-
 nensi attribuit, ascribere possim. Commendat Con-
 nem à singulari deuotione erga. B. Mariam Virgine
 & à flagranti diuini verbi amore hæc verba. Hoc
 verbum flamma tua est, inquit, lux tua hoc habet
 in corde tuo, & in ore tuo, lucerna tu es, quam Deus
 qui accendit, non modo absconditam esse noluit, ve-
 rum etiam maiore quam eras in domo matris super
 candelabrum quã steterat, poni ac lucere voluit. Om-
 nis simplex oculus congaudet, propter lucem vultus
 qua ex ore tuo radiat, credo tantò abundantius, quia
 id plures in domo sunt, in qua lucem huiusmodi ma-
 nifestare debes, ego præcipuè exultare debeo in lumi-
 ne tuo. Nec verò ad horam exultare volo aut debet
 in hoc lumine tuo, sed in sempiternam exultationem
 tendo, quomodo & te tendere scio. In hoc enim est
 vera exultatio, non quia ditior aut gloriosior factus
 es in hoc seculo, sed quia diuitiarum presentium &
 huius gloria cumulus atque perfectio manet in celo,
 dum

Matthæi 5.
 cap.

Ioannis c. 5.

P R A E F A T I O.

dum diuitia presentes manum implent ad faciendam
 eleemosynam in usum eruditorum hominum & se-
 minarij Ecclesiastici cupienti in caelo thesaurizare. Et
 gloria prasens, quoniam secundum Deum est, mate-
 ria sit amplioris dilectionis & gratiarum actionis, quia
 misericordiam hanc roborat veritatis spes, iuxta il-
 lud. Misericordia & veritas procedent faciem tuam
 Domine. Misericordia te hic exaltauit, veritas te il-
 lic beatum faciet scientem nunc & perfectius scitu-
 rum tum sanctorum iubilationem, de quibus ita di-
 ctum est Psal. 88. Domine in lumine vultus tuiambu-
 labunt, & in nomine tuo exultabunt tota die, & in iu-
 stitia tua exaltabuntur. Hac haecenus Rupertus. V-
 num illud vehementer obsecro & moneo, vt quantum
 licet, quantumque conceditur per deplorandam ex-
 tremam horum nouissimorum temporum & hominum
 improbitatem, tantum omni studio & conatu enita-
 tur, sicuti etiam facit, vt pristinam monasticam Di-
 sciplinam Deiq; cultum reuocet atque reducat in v-
 sum, vt illa feruentissima pietas Disciplina & religio
 vigeat & efflorescat, quae initio adeo vixit & tem-
 pore S. Norberti floruit vt Sanctissimus hic vir episto-
 la 8. D. Bernardi ad Brunonem Archiepif. Colon. no-
 tissimus prima pietatis & monasticae religionis tyroci-
 nia in Monte Sibergensi eiecerit, cum tanta esset reli-
 giosorum eorum quos ex Italia secum primum S. An-
 no duxerat, sanctitas & religiosa pietas, vt eorum
 pietatem reuerentes agricola & ciues omnesq; vici-
 ni non prius ad ciuilia & rustica opera accederent,

Surius in
 vita S. Nor-
 berti 6. Iu-
 nij.

Yy

quam

P R A E F A T I O.

quam flexis poplitibus versa ad montem facie, sicut
 olim in testamento veteri ad templum & taberna-
 culum Deum mane & quotidie adorarent. In hoc i-
 pso summi patroni sui S. Annonis exemplum imita-
 bitur, in cuius vita reperitur, quod monasteria stabi-
 liuerit pijs institutis & ubi refrigerat feruor Disci-
 plina, omnia restituerit in integrum capite 15. Vita
 Annonis sic legitur. Occasione libertatis erepta ne-
 cessitate iugi claustralis cunctis indixit, neglectam
 Discipline caelestis scholam suis reformauit, & cap-
 23. Antiquum regularis Discipline feruorem reuocauit
 & lib. 2. cap. 11. in ijs, que ad fratres Siebergenses
 propheticè predixit. Cuncta vobis ad abundantiam
 me morituo magis quam viuo prouenient, & ser-
 uient ita duntaxat, si vos domino seruientes con-
 ceptum conuersationis tramitem in fatigabiliter con-
 ratis. Quod si subterfugientes regularis Discipline
 iugum excusseritis, animumque leuitati subiugaueritis,
 iocos & ocia sectati fueritis, pigritiam & vitia deli-
 cias amaueritis, contentionibus, murmurationibus
 & detractationi operam dederitis, iam num Scitote.
 quot monachi estis, malle me tot ethnicos elemo-
 syna mea deuoratores existere. libro tercio, capite
 secundo. Hermannus Siebergensis. Prior vir strenuus
 regularis Discipline obseruantissimus appellatur li-
 bro tertio, capite septimo. Morituri Annonis verba ad
 Priorem Reginhardum alta mente recondenda sunt,
 & saepe repetenda ac reuoluenda. Magnam, inquit,
 S. Anno, periculorum materiam subtraxeris, si pec-
 catis

PR AEFATIO.

candi licentiam, qua religionem omnem euertit, in
 fratribus regulari seueritate coerceas, conuenien-
 ter illi sententia sapientis cuiusdam. Filia tibi sunt, *Ecclesiastic*
 serua corpus earum & non ostendas hilarem fa- *cap. 7.*
 ciem ad eas. Noneris autem non deesse iam illic,
 posthac vero etiam plures futuros, quorum ani-
 mi & actiones spectabunt ad loci destructionem, si
 tu, quod absit, coeperis in Disciplina esse remissior. Vi-
 de igitur ut regula auctoritate constanter armatus,
 prauorum coeptis occurras, ne tua negligentia locus
 ille meus collabatur. In monte toties Christus ora-
 uit, in monte docuit sit mons Siebergensis, mons Sel-
 mon, mons Dei, mons pinguis ne sit mons diaboli
 in quem deductus fuit à Sathana Christus & fru-
 stra tentatus. *Matth 4. Luca quarto. Breidenb. Sa. Iudic. 7.*
 lius tomo nono, capite septimo, sit instar montis filia *Psal. 67. 87.*
 Sion, in quo Salomon Domino templum magnificen- *Hieron. in*
 tissimum adificauit, sit instar montis fortis in ter- *locis Hebrais*
 ra sancta, in quo est castrum Teutonicorum inui- *cap. 1.*
 ctum Brocar. iti. secundo Breidenbachius ibidem. Sit
 Mons Hermon maior, rore spiritualis gratia & pre-
 cum redundans: Psalmo octuagesimo octauo, centesi-
 mo trigesimo secundo. Hieronymus in vita Paula,
 sit Mons Oliueti siue Oliuarum, Mons inquam incty-
 tus, mons sanctus in quo cum Christo Nobiles Domi- *Hieronym. in*
 ni orent, pernoctent, mirabilia bona opera peragant, *locis Hebrais*
 & cum ipso Christo inde tandem in Coelum conscen- *cap. 1.*
 dant. Sit Mons Abdia seu prophetarum, in quo à
 Ty 2 pers.

3. Reg. 18. Hierony. in Epitaphio Paulæ & ad Marcellam & in c. 1. Ab. die. *persequutionibus impiorum & Calvinistarum viri prophetici pijs & sancti contra rabiem & furorem scelestissimorum protegantur. Sit instar Montis regalis Petra deserti nominati Isaiæ 16. quæ fuit arx fortissima, sedes regia Arabia in qua Palatium Regis Arabum erat in regno Moab. Hieronymus in locis Hebraicis. Sit Mons Samson inexpugnabilis. Iudicum decimo sexto cap. Sit Mons Sion, Mons domini, mons sanctus, in quo ciuitas superior Dauid intra Hierusalem fuit edificata, qui mons nunquam visus fame capi potuit. Iosephus libro 7. belli Iudaici cap. 15. & 16. absit procul ut vnquam efficiatur, mons*

3. Reg. 124. Reg. 23. Bro sardi itinere 6. *scandali, in quo Salomon vxorum gentilium instinctu chamos idolo Moabitarum phanum confregit, quod etiam Iosias confregit, absit inquam ut locus sanctum Montem angelicum Mcihaëlium S. Annæ quisquam flagitiosa impura vita defædet, populoque scandalum vllum prabeat posthabito freno disciplina, Est vere mons Thabor pulcherrimus totius pascendæ oculis, reficiendisq; animis ducatis, quæ Christus orationi, transfigurationique suæ delegauit. Ut in Monte Thabor Helenæ tribus apostolis pulcherrimum templum exstruxit. Nicephorus libro 8. In Ecclesiastica capite 30. cui templo accesserunt postea duo monasteria, quorum vnum fuit Gregorius D. Elia consecratum, alterum Moysi dedicatum, primumque etiam Abbatem habuit: ita S. Anno secundus eius nominis Archiepiscopus Colonienfis non modo hunc prædonum locum & latronum domicilium*

P R A E F A T I O.

in Ecclesiam Deo sacratam & ibi erectam monaste-
 rium conuertit sed etiam splendide, magnifice, & he-
 roicè dotauit, Caesarum & Pontificum priuilegijs
 & immunitatibus plurimè impetratis communiuit,
 oppida duo, dominia plura ad sustentationem hone-
 stissimam Reuerendi Abbatis & dominorum deuo-
 tione Deo seruentium ad augmentum & incremen-
 tum diuini cultus adiecit. Denique sit Mons Michae-
 lius Siebergensis talis vt de eo verè dici possit quod
 legitur in Psalmo sexagesimo septimo. Mons coa-
 gulatus, mons pinguis, mons in quo semper Deo
 placeat inhabitare, & vt olim in monte Sancto Sion
 decem millium angelorum opera vsus est ita in eo-
 dem conseruando & defendendo præcipuo Duce
 Michaele Archangelo (vnde & nomen illi) cum de-
 cem millibus angelis vtatur. Vt temporibus Grego-
 rij primi supra castrum summi Pontificis, quod in-
 star montis in altitudinem assurgit, Michael Archan-
 gelus in aëre apparuit gladio primum euaginato i-
 ram Dei designans, postea recondito placatam i-
 ram Dei notans, peste per preces cessante: ita S. Mi-
 chael Archangelus huius Montis Patronus sacratum
 hunc locum ob omni peste corporea, à peste anima
 haresi, insidijs occultis alijsque enormibus peccatis
 & calamitatibus semper protegat atque defendat;
 Nihil addo de sanctarum reliquiarum preciosissimis
 thesauris per Annonem 2. huc inuectis ac illatis, ni-
 hil de argenteis crucibus magnis innumeris precio-
 sissimus gemmis intextis precij inestimabilis, nihil

P R A E F A T I O.

de aedificatio nouo insigni recenter magnis sumptibus à
 reuerenda nobili paternitate vestra ad tuto & secu-
 re fruges & vina recondenda extructo. Admodum
 Reuerende Pater VVerdenēsis Henrice Duiden Xan-
 tensis Patrone obseruandissime vestra Colonia in Ca-
 pitulari conuentu ad S. Panthaleonem summa hu-
 manitas & benignitas mihi probè cognita fuit atque
 perspecta. Quicquid pie à sanctissimis religiosissimis-
 què viris Luidgero & Suuiberto tam in regula Mo-
 nastica, quam in doctrina fidei & sacris Ecclesij
 officijs ac ministerijs olim institutum & ordina-
 tum fuit, id vestram reuerendam paternitatem in
 pristino vigore flore, praxi & vsu sedulo conserva-
 re omnes p̄y & docti vestra paternitatis amantissi-
 mi mirificè commendant, & si qua temporum iniu-
 ria, hominum malicia & improbitate, hereticor-
 um circumquaque grassantium, astutia aut colla-
 psa sunt aut ruere poterunt, corrigit, emendat &
 quantum vires & circumstantia patiuntur in me-
 liorem statum quotidie restituere conatur, ipse do-
 ctissimus & antiquitatum studiosissimus viros doctos
 & literatos amat, colit, singulariquè fauore & a-
 more prosequitur. Quid aequius, honestius decen-
 tius, laudabilius, quam primi fundatoris S. Luid-
 geri vestigia, qui sequi non modo ex facultatibus pa-
 trimonij sui Monasterium in VVerdena super Ru-
 ram condidit, sed & oppidum Helmenstaden se cum
 Caroli Magni consensu Abbati VVerdenensi, Anno
 domini 786. subiecit vt testis grauissimus est Kran-
 1716

P R A E F A T I O.

*ius in Metropoli libro primo, cap. decima. & Chronicon Saxonie. Nec Reuerendam Nobilemque Dignitatem Vestram heroice & maguanimè Abba Domine Ioannes Henrice à Sinsisch insalutatam prateribo, sed potius ob memoriam veteris Disciplinæ nostræ scholasticæ studijque Laurentiani Gymnasij Coloniensis eandem cohonestadæ ornandæque hoc munusculo omnino existimaui, cum illi adeo vetusta nobilique Abbatie præsideat, qua Caroli verè nomine & re Magni opibus inchoata & primum adificari cœpta, Ludovvici deinde Pij cogno-
 mento Caroli primi filij auxilijs subsidiarijs continuata & magnis adiectis dominijs ac fundis adau-
 ctæ. demum Caroli Calui Ludovvici Pij filij præsidijs absoluta fuit atque perfectæ in honorem S. Cornelij Pontificis & Martyris patroni & cognominis mihi semper colendi qua Abbatia plurimorum Imperatorum & Pontificum Priuilegijs ornata est atque insignita, in qua religiosissimè asseruantur & omnibus Christianis deuotissimè coluntur, reliquæ S. Cornelij tot tantisque miraculis, illustrata, vnde crebræ ad istum sanctum locum piorum laudabiles peregrinationes non sine magno fructu visuntur. Sane Carolus Magnus hoc nomine ab omnibus historiographis vehementer commendatur, quod non modò thesauros suos bona mobilia in tres partes diuiserit, duas priores Ecclesijs Metropolita-
 nis peratoribus.*

Christianus.
 Massæus l. 5.
 Chronicorū
 Mundi &
 Martinus
 Polinus l. 4.
 De Pontificā
 bus & Im-
 peratoribus.

P R A E F A T I O .

ni Romana, Rauennati, Mediolanensi, Coloniensi, Moguntina. Salsbergensi, Treuerensi, Denonica, Vesuntina, Lugdunensi, Rhotomagensi, Remensi, Atrabateni, Viennensi, Tarantasiensi, Ebredunensi, Burdegalensi, Bituricensi, Turonensi impartiuerit, ea tamen prouisione, ut suffraganei earum partem haberent, tertiam familia reseruarent; uerum etiam quod ad numerum elementorum id est literarum in Alphabeto monasteria seu Cœnobia fundauerit, & in vnoquoque per ordinem vnâ literam ex auro fabricatam plusquam centum libris Turonensium pendentem reliquerit, ut ex ordine literarum tempus foundationis vniuscuiusque monasterij cognosciretur. Quae litera aureae auctore Martino Polono libro quarto, de Imperatoribus & Pontificibus adhuc in pluribus monasterijs reperiuntur. Vestra autem Admodum Reuerende ac Nobilis Pater, heroica indoles à prima aetate vos in magnum virum aliquando euasuros promittebat, semper animus praesagebat nobis id futurum, ut etiam tribus vna nobiscum apud nos literis bonis operam nauantibus reliquis fratribus praluceret. Quoniam Comedia humanae uita speculum à Donato Terentij antiquo interprete sic appellata, ideo quod ex ea hominum mores tanquam ex uiuo speculo clarissimè cognoscantur; ex nostra Laurentiana actione de S. Laurentio Martyre uirtus & ingenium V. R. Paternitatis etiam tum in illa puerili adhuc aetate satis apparuit, usq; adeò enim ad viuum suam personam decoris gestibus

P R A E F A T I O.

bus habitu & voce representabat, ut omnium spectato-
 rum oculos admiratione magna in se suspensos con-
 iiceret, in praedicationibus se modestum & docilem pra-
 bebat, in moribus gravitatem pra se ferebat, ingenio
 acerrimo, memoria tenaci & capaci erat. Constitu-
 igitur hoc leuidensi & tenui licet munusculo nouum
 sublimem hunc dignitatis gradum recenter collatum
 V. R. P. ex animo officiosè gratulari, & in honorem
 S. Cornelij patroni mei, cuius nomen refero, hosce li-
 bros tanquam tabulas votiuas suspendere & erigere
 testes mea erga V. R. P. & S. Cornelium patronum
 pia affectionis & deditissima voluntatis, demissè ob-
 secrans, ut V. P. non modò acceptam à maioribus re-
 ligiosam monasticam Disciplinam more & exemplo
 S. Cornelij Pontificis, quem tam opere S. Cyprianus
 collaudat, & imitatione quorundam antecessorum
 suorum tueatur, conseruet, propaget ad posteros, sed
 etiam ut mea studia & lucubrationes editas & eden-
 das sincero fauore & paterno affectu prosequatur,
 ijs calcaria addat, meq; ad plura pro Dei suaeq; R. P.
 honore iam confecta monumenta in lucem proferen-
 da exstimulet, atque ut summo amore S. Cyprianus
 erga suum Cornelium afficiebatur olim; ita etiam
 Reuerendus ac Nobilis Dominus Abbas Ioannes Hen-
 ricus à Sinsich Cornelium licet immeritum & in-
 dignum quondam in humanioribus literis praepro-
 rem suum fauore complecti ne dedignetur, què pra-
 potens & misericors Deus ad istius nobilis Imperia-
 lis Abbatia laudabilem gubernationem ad multos,

In episto. 52.
 ad Antonia-
 num.

tom 1. epist.
 41. 42. 43.
 45. 46. 47.

XV s annos

P R A E F A T I O.

annos viuum valentemq, tueatur simul eandem ani-
mi & corporis sanitatem optimamq, politiam & ad-
ministrationem per strictam Disciplina obseruatione,
diuini cultus exercitationem saneq, Catholica doctri-
na conseruationem admodum Reuerendis etiam S.
Maximini, VVerdenensis, Siebergensis Monasterio-
rum respectiue Imperialibus Abbatibus à Deo Opti-
mo Maximo per Dominum nostrum Iesum Christum
precarì non intermittam. Data Colonia ex aedibus
meis ad S. Andream, Anno salutis humanae M. D.
98. ipsis Kalendis Iunij.

Vestrarum Reuerend. Nobil. Paternitatum

humillimus ac deuotissimus cliens
& seruator

Cornelius Schalinge
Steinyvich.

DE